



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi
Societatis Iesv**

Cepari, Virgilio

Antverpiæ, 1630

Diei vnius per singulos menses collectionem instituit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](#)

actiones & verba , sed & cogitata , & animi quoque interiores affectus ; quemadmodum ijs schedis constat , quæ Superioribus ipse ad impetrandas obiurgationes publicas obtrudebat , in quibus tam exiles suos defectus adnotabat , vt haud obscure appareret , quantâ celi luce esset illustratus , quantaq; innocentia duceret vitam . Et certè , qui hæc audiebant , admiratione iuxta ac pudore sancto affiebantur : multiq; , quos noui , (pro eâ quam de eo conceperant sanctitatis opinione) id genus schedia habuere in honore .

Sed ne quotidianæ hæc suæ exercitationes *Diei unius*
hebescerent , excogitauit scilicet religiosissi- *per singulos*
menses col-
Iuuenis nouam prætereà industriam , lettio.
tuendi seruandiq; earum sempiternum vi-
gorem . Nimirum , de Maiorum licentiâ ,
diem Festum aliquem aut Feriatum , erepto
ex studijs otio , quotmensibus seponebat ,
animi sui rebus inspiciendis . Hoc ille die ne-
que cubiculo egrediebatur , neque cum do-
mesticis agebat , perinde atque receptui ceci-
nisset , & in secretiores se occupationes abdi-
diffset : extraq; quaternas (quas meditando
consumebat) horas , diei reliquum cognoscendis
vitæ suæ moribus impédebat . Diem
cum die , hebdomadam cum hebdomadâ ,
mensem cum mense componebat , in semet
descendendo , vt damni lucrive rationes sibi
consta-

constarent. Inquirebat, an leges nostras accuratè obseruasset: reputabat secum, an ordinem, quem sibi præscripserat ipse, propositaque quæ animo destinauerat, constanter tenuisset: quemadmodum conscientiæ quæstiones exercuisset: quomodo oculos, linguam reliquosque sensus refrenasset. Si autem huius suæ citharæ fidem aliquam remissiorem aduertisset, protinus intendebat, ut suauem concentum faceret auribus diuinis. Atque hæ ferè artes & industriae sunt, quibus Ioannes, ad vitanda mala, noxasque declinandas, (quæ prima est iustitiae pars) vtebatur: nunc, quâ ratione partem alteram bene agendi impleuerit, ex illo Dauidis monitu, *Declina à malo, & fac bonitatem, aspiciamus.*

*summa e-
ius de So-
cietate ex-
istimatio.*

Illud ante omnia ponendum est, tantam apud eum extitisse Societatis existimacionem, ut verbis ea explicari haud queat: quod soli illi intelligunt, qui quotidiana eius familiaritate vtentes, ex loquentis id ore acceperunt. Non aliter de cæ, ac de re aliquâ diuinâ, grauibus dignisque verbis loquebatur. Confueuerat appellare, Societatem sanctam, Societatem amoris, Opus diuinum, Matrem nostram. Opinabatur vitæ nostræ institutum perfectam quamdam esse similitudinem illius vitæ quam Christus degerat in terris,